vita tibi ꝓposita sunt quod malueris elige.
Ostende mihi ergo locū qui golgatha dr
vbi fuit dñs crucifixus vt crucem eius inue
nire possim. Rñt Judas. Quō locum sci
re valeam. cum. cc. iam anni fluxerūt ⁊ ne
quaq̄ illo tempore natus eēm. Cui regina
Per crucifixum fame te ꝑimam: nisi mihi
dixeris veritatem. Jp̄m igitur in puteum
siccum iussit proijci ⁊ ibidem famis mole
stia cruciari. Cū ergo ibidē sex diebus sine
cibo mansisset die septima extrahi petijt. ⁊
crucem se indicaturū promisit. Cū ergo ex
tractus ad locum venisset ⁊ ibidem orasset
locus subito cōmouetur. ⁊ fumus aroma
tum miri odoris sentitur. ita ꝙ miratus
iudas ambabus manibus plauderet ⁊ di
ceret. In veritate xp̄e tu es saluator mūdi.
Erat āt in loco illo sicut in eccle. hyst. legit
templū veneris qd̄ Adrianus imꝑator ibi
dem construxerat vt si quis xp̄ianoꝝ ibi ad
orare voluisset videret venerem adorare.
Et ideo infrequens ⁊ pene obliuioni dat⁹
fuerat locus. Regina āt templum fecit de
strui ⁊ locum arari. Post hoc iudas preci
gens se viriliter cepit fodere. ⁊. xx. passus
fodiens tres cruces absconditas repperit.
quas ad reginā protinus deportauit. Dū
āt crucem christi ab alijs latronū nescirent
discernere. eas in ciuitatis medio posuerunt
ibidem glām dñi prestolantes. Et ecce cū
circa horam nonam quidā iuuenis mortu⁹
deferretur. iudas feretrum tenuit ⁊ p̄imā
⁊ secūdam crucem suꝑ corpus defuncti ap
posuit sed nequaq̄ ille surrexit. apponēs āt
terciam protin⁹ defunctus surrexit. In hy
sto. āt eccle. legit. ꝙ cū quedā mulier pri
maria ciuitatis semiuiua iaceret Zachari
us ep̄s hierosolomitanus primā ⁊ secun
dam crucem adhibuit: sed nihil profecit.
Terciam vero apposuit ⁊ protin⁹ mulier a
pertis oculis sanata surrexit. Ambro. vero
dicit. ꝙ discreuit ip̄am crucem dñi ab alijs
ꝑ titulū quem posuerat pilatus: quē ibidē
inuenit ⁊ legit. Dyabolus vero in aere voci
ferabat dicens. O iuda quid fecisti. Jude meo

contraria operatus es. Nam ille me suadēte
fecit proditionem. ⁊ tu me renuente ihesu
inuenisti crucem. ꝑ illum multoꝝ lucratus
sum aīas. ꝑ te ꝑdere videor iam lucratas.
ꝑ illum regnabam in populo. ꝑ te iā repel
lar a regno. Verumtū tibi vicem rependā.
⁊ contra te regem aliū suscitabo. qui fidem
deserens crucifixi cum tormētis te faciat ne
gare crucifixum. quod quidē de Juliano a
postata dictū videtur. qui iudam ep̄m hie
rosolimis factum multis tormentis affecit
⁊ martirem xp̄i fecit. Audiens Judas vo
ciferantem dyabolum nihil extimuit. sꝫ dy
abolum constanter maledixit. d. Christus
te damnet ī abyssum ignis eterni. Pꝰ hoc
Judas baptizatur ⁊ Quiriacus appellat.
⁊ hierosolimoꝝ defuncto ep̄o idem in ep̄m
ordinatur. Verū cum beata helena clauos
domini non hr̄et: rogauit ep̄um Quiria
cum vt ad locum ꝑgeret ⁊ clauos dñi req
reret. Quo cum venisset ⁊ ad dñm preces
fudisset: continuo claui velut aurum ful
gentes in terra apparuerūt. quos ille acci
piens regine detulit. Jlla āt genua figens
in terra ⁊ caput īclinans eos cum multa re
uerentia adorauit. Crucis ergo partē He
lena detulit filio. ꝑtem vero thecis argen
teis conditam reliquit in loco. Clauos ve
ro quibus dñicum corpus fuerat affixum
portauit ad filiū. Ex quibus vt Eusebius
cesariensis refert frenos quibus vteret ad
bellum composuit. ⁊ ex illis galeam suā ar
mauit. Nonnulli vero asserunt vt Grego.
thuroñ. clauos quattuor in dominico corpo
re fuisse. Ex qb⁹ helēa duo in freno imꝑato
ris posuit. Tercium in imagine Constanti
ni. que rome supereminet ibi collocauit ⁊
quartum in mare Adriaticum. quod vsq̄
tunc fuerat nauigantium vorago proiecit.
precipiens hoc festū de inuentione sancte
crucis singulis annis solēniter celebrari.
Ambro. vero sic dicit. Quesiuit helena cla
uos domi ⁊ inuenit. ⁊ de vno frenos fieri
precepit. ⁊ de altero dyadema intexuit. re
cte clauus in capite. corona in vertice. et

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0186
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG